

**III. Situs novi Cometæ mense Februario, Anni 1699. in Regio Observatorio Parisiensi Observati.**

**N**OCTE sequente diem 19 *Februarii*, anni hujus 1699; in Observatorio Regio Parisiensi inter hiatus nubium quæ à diebus aliquot Cælum obduxerant, videri cœpit exiguis Cometa instar stellæ nebulosæ tertiaræ magnitudinis, illi persimilis quæ mense Septembri 1698. fuit observatus.

Situs erat inter stellas informes Sextæ magnitudinis profè circulum polarem arcticum supra caput Aurigæ, æquali ferè intervallo inter cubitum occidentalem Persei & caput majoris ursæ, illas adscribit Tycho informibus circa ursam minorem Continuatis observationibus per intervalla temporis quibus eadem nocte & sequenti nubium motus eam cæli regionem aperiebat, visus est proprio motu iter suum dirigere Capellam versus, cum exigua deviatione ab ejus circulo declinationis adeo ut si diebus præcedentibus cæli serenitas affulisset videri potuisse polo arctico proxima. Ea erat ejus velocitas ut unius diei spatio septem circiter gradus magni circuli perficeret, quo motu potuit ante dies 4 ipsi polo fermè adhærere & stellæ polari sociari, seque nautis qui stellam hanc ad itineris directionem frequenter observant, videbam exhibere.

Ejus transitum per hujus urbis verticem, & deinde ejus conjunctionem cum Capella post biduum observandam expectabamus; sed opiatissimum spectaculum & observationibus ad Cometæ distantiam a terra inquirendam, instituendis maxime opportunum, nubes quæ totas no-

Æt



Eties sequentes cælum obſedere nobis invigilantibus inviderunt. Quærendus post hac erit Cometa hic in via quæ per ſtellas aurigæ, quæ inter Taurum & Geminos, per Orionem, Leporem & Columbam aut circa perducitur, quam viam primæ obſervationes quæ haberi poterunt comparatæ cum nostris prioribus quarum meminimus, exactius determinabunt. Nec enim licet ex unius tantum diei intervallo quod haec tenus minus commodè obſervari potuit longiorem tractum exactius definire.

Habitarum haec tenus obſervationum quæ Cometæ locum accuratius determinat ea est quam habuimus hora Sexta poſt mediam noctem ſequentem diem 19 Februario. Comparavimus Cometam cum ſtella ſextæ magnitudinis quam Tycho appellat ſecundam earum quæ ſunt in linea recta cum polo, quas quatuor recenſet quæ tam non ſunt invicem in linea rectâ quamvis proximè inter ſe differant intervallo latitudinum quas illi assignat. Cometa igitur in tranſitu per circulum horarium præcedebat hanc ſtellam minutis horariis 15' 53'', quibus debetur differentia ascensionis rectæ grad. 4. 43' erat autem Septentrionalior eadem ſtellâ minutis 8. Unde ſupponita hujus ſtelle longitudine ex latitudine Tychonica ad hoc tempus, Cometa refertur ad gr. 15. 51'. Geminorum cum latitudine Septentrionali gr. 37. 25'.

Movetur Cometa hic ad cæli partes oppofitas illis ad quas tendebat Cometa anni præteriti cum eſſet fermè in eādem diſtantia a polo in qua noster hic cum primum viſus eſt, nec valde ab eodem loco remotus.

Cometa autem mensis Septembriſ eandem profequutus eſt viam quam inter ſidera tenuerat Cometa anni 1652. a nobis Bononiæ obſervatus, cuius occaſione editis literis ad ſereniſſimum Franciſcum Eſtenſem Mutinæ ducem, eam viam per eadem ſidera quæ noster tenuit anno 1698.

diſtincte

distinguēte descripsimus. Ille mense Decembri ab Australibus cœli partibus per astra Leporis, Orionis & Tauri ubi Eclipticam fecit cum inclinatione graduum 76, & per Perseum ad Cassiopeam pervenit, ubi videri desit mense Januario, anni 1653. Hic videri cœpit initio Mensis Septembris in eadem Cassiopeæ parte ubi ille videri desierat, indeque pergens per humeros & brachia Cephei, ubi latitudinem maximam ab Ecliptica habuit gradum 76, transiit inter Draconem & Cygnum, per pellem Leonis in Hercule, per Ophiucum utique ad Constellationem scorpii, quam tenebat in ultimis observationibus a die 24 ad 28 Septembris habitis. Ex his autem observationibus collegimus cometam hunc Perigeum obtinuisse die 7 Septembris vesperè cum maximâ velocitate apparenti graduum fere decem unius diei spatio.

---

*IV. Part of a Letter from Dr.Cay to Dr.Lister,  
concerning the Virtues of the Ostracites;  
with a Remark of the Doctor's on it.*

I Have been waiting a considerable time for a further and fuller Account of the Virtues of the *Ostracites*, from Dr. *Home of Barwick*, from whom I had the first Account of its being so extraordinary a Medicine in the *Nephritis*, but as yet have not got all the Satisfaction that I would have in the matter. However, lest you should think I forget to make a Return to your last obliging Letter, I rather choose to send you the following Account, imperfect as it is, than make you wait any longer for a better.